



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 68. An beneficium necdum vacans provideri possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

sunt simultaneæ collationis , sed immediatè ad Papam , & Episcopo negligente petere absolutio-nem , ad immediatum superiorem . q. 752. Item à Vicario Episcopi conferente indigno non fiat ad Metropolitanum , sed ad Episcopum , nisi fortè is mandaverit tali conferre , aut talem collationem ratam habuit quæst. 753. Porrò in quibus bene-ficiis locum habeat vel non habeat devolutio , tractatum . quæst. 754. nimur quod locum ha-beat etiam in manualibus ibidem . num. 3. item in beneficiis regularibus seu spectantibus ad collato-res regulares , ita ut hæc devolventur ad Episco-pum , etiam dum Prælati collatores sunt exempti . ibidem num. 4. Item in beneficiis regularibus , hoc est , conventionalibus , ita tamen , ut si regu-lares exempti sint , fiat devolutio ad Papam , alias immediate ad Episcopum . Ego . ibidem num. 5. Item in electivis , & quæ sunt juris patronus laicalis . ibidem num. 6. E contra quod locum non habeat in reservatis ibidem n. 1. habeat tam-en in iis locum devolutio ad Papam , dum col-lator habens indultum ea conferendi . ibidem num. 8. Item , quod locum non habeat devolutio illa ad immediatum superiorem in beneficiis vacanti-bus in mensibus , spectantibus ad ordinarium . Vi-alternativa . ibidem num. 2. Item locum non ha-beat in Episcopatus ad immediatum superiorem . ibidem num. 7. Quando is , ad quem facta de-volutio , conferre debeat . quæst. 755. Quod is quoque mittere possit in possessionem , vel alte-ri , ut in faciat , præcipere . quæst. 748. Item quod is , ad quem facta devolutio , concedere possit facultatem conferendi beneficium illud devolutum inferiori collatori , à quo devolutum . quæst. 756. Ac denique qualiter beneficium devolutum impe-tretur ac provideatur à Papa . quæst. 758. vide quo-que hanc materiam devolutionis beneficiorum tra-ctatam à Pirh. b. t. à num. 33. ad num. 42. inclu-sive .

*Quæst. 68. An beneficium necdum va-cans provideri possit?*

R Esp. negativè juxta b. nulla b. t. Barbos. ibid. num. 1. cum communali , cùm enim titulus be-neficii si penes beneficiatum investitum , impos-sibile est , ut eo vivente à beneficio non remoto al-teri conferatur beneficium in titulum ; cùm ejus-dem ecclesiæ seu beneficii non possint esse duo in-titulati seu proprietarii . c. cùm non ignoret , c. iue-prabendis . Unde jam in specie Papæ non providet de vacatu ( intellige per modum vacandi na-turalem seu per obitum , sed de vacante ; cùm tan-quam Princeps optimus , uti ex rescripto suo con-servari vult unicuique jus suum , ita etiam non in-tendit præbere cuiquam ansam captandi mortem alterius , eti non ignoret , si quando simpliciter pro-videat seu faciat gratiam de vacatu , id in-telligi sub conditione , seu postquam vacaverit . Lotter l. 3. quæst. 8. num. 2. & 3. Quod tamen etiam conferat non solum vacanta , sed etiam va-catura per modum vacandi civilem , puta , per sen-tentiam , per affectionem incompatibilis , per ma-trimonium , per ingressum in religionem , constat ex c. licet. de præb. in 6. ubi dicitur : beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum nofcatur Pontificem pertinere ; & quod non solum ipsa , cum vacant , potest de jure conferre , verū etiam jus ipsiis præbere vacaturis . Patet etiam ex

eo , quod potenti provideri de sic vacatu , den-tur litera de vacante , pro ut expedierit impetrant-i. Quod tamen ubi facit Papa , non procedit per viam juris communis , seu utendo potestate sua or-di-naria , & secundum jus commune regulata ; sed po-testate sua absoluta , seu plenitudine potestatis , quæ est supra jus positivum humanum , potest que in eo dispensare , pro ut dicitur c. proposuit b. t. & Barbos. ibidem num. 1. de cætero postle beneficium nondum vacans , seu vivente , adhuc beneficiato in proprietatem conferri , seu incorporari mona-sterio seu Prælatura ; cùm incorporatio non ne-cessariò secum ferat titulum in actu , sed tantum in habitu , quemadmodum sape ecclesia Paro-chialis ratione incorporationis pertinet ad Præla-turam monasterii quod ad habitum , & ad alium , nempe vicarium intitulatum , quod ad curam & ti-tulum actualē , dixi cit. quæst. 787. cum Laym. in c. consultationibus . De donat. num. 1. In quo tamen casu locus non est pacto de successione in beneficio , aut etiam ipsi successioni ex pacto cum beneficium illud secundum titulum principalem vacare non censeatur sed extinctum esse , ut Laym. loc. cit. citans seipsum . Th. mor. l. 4. tr. 2. c. 9. num. 2.

*Quæst. 69. An beneficium non vacans , seu antequam vacet , promitti pos-sit?*

R Esp. negativè. Estque talis promissio de bene-ficio vacaturo ipso jure irrita , nullamque pa-rit obligationem . c ex tenore c. nulla. b. t. ubi : nulla ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia vel ecclæsia tribuantur alicui seu promittantur , ante-quam vacent , ne desiderare quis mortem proximi videatur , in cuius locum & beneficium se cedererit successorum ; cùm id in ipsis etiam legibus genti-um iuueniatur inhibitum , turpe est & divina ple-num animadversione judici , si locum in Ecclesia Dei future successoris exspectatio habeat , quam ipsi gentiles condemnare curarunt . Item ex c. de-testanda. b. t. in 6. ubi dicitur : malis hujusmodi & animarum periculis occurtere volentes , promissio-nes easdem aut alias quascunque sub quovis modo aut forma verborum de cætero facienda , per quas directe vel indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura , autoritate Apostolica penitus reproba-mus , & omnino viribus vacamus , decernentes , per eas vel ipsarum aliquam ad providendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari . Confi-mantur haec juris canonici constitutiones per leges ci-viles . l. donari . §. donationem ff. de donat. l. ult. C. de pactis . Ubi promissio de hereditate vi-venti similisque pæctationes , tanquam bonis mori-bus adverantes , plenaque tristissimi & pericolosi eventus damnantur , & omni vi obligandi exu-n-tur . Idque , etiam si talis promissio beneficii data in scriptis , & in iudicio producta ; cum regulariter actus nullus per scripturam non evadat validus . Pirh. b. t. n. 6. cum Abb. Quin nec , ut idem , jura-mento confirmata , tanquam adjecto promissioni turpi . Unde etiam appellatio eorum , quibus promissa beneficia vacatura , dum illa , ubi va-cant , iis contra promissionem non conferuntur , tanquam frivola reiecitur , & ea non obstante , beneficia illa vacanta conferenda . Pirh. loc. cit. n. 8. juxta clarum textum c. relatum b. t. vide Lot-tar. l. 3. q. 8. n. 4. & me for. benef. p. 2. q. 787. n. 1. Porro .